

47. Cicerone imposta la difesa del poeta Archia

Ne quis a nobis hoc ita dici forte miretur, quod alia quaedam in hoc facultas sit ingenii neque haec dicendi ratio aut disciplina, ne nos quidem huic uni studio penitus umquam dediti fuimus. Etenim omnes artes, quae ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum et quasi cognatione quadam inter se continentur. Sed ne cui vestrum mirum esse videatur, ne in quaestione legitima et in iudicio publico, cum res agatur apud praetorem populi Romani, lectissimum virum, et apud severissimos iudices, tanto conventu hominum ac frequentia hoc uti genere dicendi quod non modo a consuetudine iudiciorum verum etiam a forensi sermone abhorreat, quaeso a vobis ut in hac causa mihi detis hanc veniam accommodatam huic reo, vobis, quem ad modum spero, non molestam, ut me pro summo poeta atque eruditissimo homine dicentem hoc concursu hominum litteratissimorum, hac vestra humanitate, hoc denique praetore exercente iudicium, patiamini de studiis humanitatis ac litterarum paulo loqui liberius, et in eius modi persona quae propter otium ac studium minime in iudiciis periculisque tractata est uti prope novo quodam et inusitato genere dicendi.

Cicerone

PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO
CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)
		voto